

necessitate cogente transmissi a fratrum contubernio in locis, ubi poterant, exercendo opus divinum perficiebant.

14. (25)* Illis diebus fabricaverunt sibi oratorium ligneum in loco, ubi nunc constructa habetur capella s. Nicolai ** ibique servierunt deo die noctaque cum magna devotione.

(26.)*** Fratrum autem numero crescente cum iam esset numerosa turba fratrum habitantium, in oratorio insimul deliberando, sibi loquebantur de verbo vitae, quod est Christus. Tum unus ex eis libera voce fratribus inquit †: religiosos homines debere, iugo Christi subiectos, (27) †† aliquo vinculo vinciri, quo vinculo ipsi adhuc alieni existerent, sed viverent communiter, et si vellent stare et firmiter manere sub iugo obedientiae, oportere regulari se subijcere servituti, ut obedientiam promissam nulli amodo liceret exire de congregatione secundum istud †††: „nemo, mittens manum in araturam et respiciens retro, aptus est regno dei.“ (28.) Enimvero fratres tali oraculo firmati, unanimiter genua flectentes, orabant dominum, qui sanctam scientiam habet omnium honorum futurorum, ut eis inspirare dignaretur, quid potissimum eis esset faciendum, ut stabiles permanere possent in loco, quem sibi delegerant, ut sibi perpetuo deservire possent, et ul-

terius nulli pateret aditus ab eis recedendi sicut usque ad tempus istud. Omnes igitur genua flectentes communiter orabant dominum, ut magnifica sua gratia eis ostendere dignaretur, cuius habitus vel regulae se subijcere deberent. Misericors autem dominus, qui nunquam deseruit sperantes in se, sed preces humilium exaudire consuevit [fol. 4^a] de alto prospectans, tali miraculo ipsos laetificavit.

15. (29)* Nam avis, quae dicitur pica, volitando in communionem fratrum, venit quasi domestica nihil pavendo se ostendens garritu quodam quasi loquendo satis manifeste, satisfecit intellectui eorum debere sumere regulam s. Benedicti, (30)** quae tunc temporis gloriosa habebatur prae omnibus regulis, et ordo praecipuus prae alijs ordinibus. Et quia avis illa est nigri et albi coloris, intellēxere sumere habitum ejusdem patris, in albo colore puritatem vitae, (31) in nigro colore humilitatem tenendam firmiter intellexerunt, quia illae duae virtutes principantur caeteris virtutibus, nam puritas meretur aspectum dei, unde Christus in evangelio ***: „beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt.“ Humilitas vero promeretur magnam gloriam exaltationis in futuro, unde iterum ipse dominus †: „omnis, qui se humiliat, exaltabitur.“

16. (32) †† Isto autem tempore in partibus illis non vigeant studia, et series scripturarum non

* Handnote: aedem divini cultus aedificaverunt.

** Ueber die capella s. Nicolai f. Band 3 S. 599 Num. 3. Nach dem rotulus defunctorum, ebenb. S. 601, wurde 1276 ante altare s. Nicolai der Abt Arnold II. begraben. Mitin ist die capella s. Nicolai vor 1276 erbaut worden. Sie war der historisch wichtigste Bau in St. Blasien. Kettenacker l. I. p. 21 sagt, Wiltberg habe 1754 über dieselbe geschrieben: 1079 Adelheida uxor Rudolphi regis — humata fuit in sacello nimirum ligneo s. Nicolai, ut Casparus abbas tradit, quod (sacellum) Adelheidae opibus ex lapidibus postea eduxit Ulo, abbas tertius [† 1108]. — Was über die Gräber weiter folgt, haben die Nachrichten über die Speierer Kaisergräber bestätigt. Es fährt fort: „Prope eam (Adelheida) simul requiescunt duo filii, Otto et Bertholdus, in tribus loculis fornice tectis, prout nuper inventa, et pice probe confusa sepulchra patescerunt, quaeque fors brevi in alium locum transferenda venient. Kettenacker folgt bei, er habe von älteren Mönchen gehört, daß viele Leichen von solchen, die im Rufe der Heiligkeit starben, in jener Kapelle lagen, welche also bis 1755—60 gestanden hat.

*** Handnote: Deliberant de certo instituti generē amplectendo. Hanc monachi exhortationem pluribus verbis exornat Casparus I. quasi ipse interfuisset. S. Quell.-Samml. Bd. 2 S. 56 fig.

† Von P. Günthers Hand steht auf dem Rande, aber durchgestrichen, Suscepit ordinis. Vielleicht war dies im Originale eine Kapitelüberschrift.

†† Handnote: Nulli enim regulae prius adstricti erant, sed vitam tantum communem, ut vocant, agebant.

††† Lucas 9, 62.

* Von P. Günthers Hand steht auf dem Rande: Miraculum primum a coelico rege editum, ist aber durchgestrichen. Es ist jedoch nicht unwahrscheinlich, daß es die Ueberschrift dieses Capitels im Originale gewesen, denn sie entspricht dem ursprünglichen Titel des dritten Buches. Die Anmerkung Herrgotts zu diesem Abschnitt lautet: Imo somnium hoc est ignavi monachi. Quis enim prudens unquam somniabit, picam, avem illam lepidam variique coloris, ullo tempore cum Benedictinorum vestitu, seu vestitus illius coloribus, comparari potuisse; primis statim ab ipsa ordinis Benedictini erectione temporibus monachi crisi coloris vestes gestabant, seu ex lana artificiose non tincta, postmodum quidem tunicam albi et scapulare nigri coloris gestarunt, usque dum ex integro nigrum vestitum assumpserunt: nulla autem ex his mutationibus cum pica convenit, si formam coloremque vestium consideres. P. Paul Kettenacker von St. Blasien bemerkt in seinen tabulae fundatorum etc. über die Sage von der Eifer: „recte nunc inter fabulas reputatur.“ (Sf. des Karlsruher Archivs Nr. 747 fol. 1 von 1806.)

** Handnote: Porro auctor sic sibi non cohaeret, ait enim, tunc temporis regulam s. Benedicti gloriosam fuisse prae omnibus regulis, et post pauca, aversa pagina, subdit contrarium, nempe: „regulam et habitum s. Benedicti tunc temporis in partibus non habebantur.“

*** Matth. 5, 8.

† Matth. 23, 12.

†† Handnote: Litterarum neglectus.